

## SLESIA

prouincia regni Bohemici, habens ab oriente conterminam Poloniam, à meridie uero attinens Morauiam, habet metropolim Vratislauam, quam Germani Presla uocant, ab Vratislao secundo rege Bohemiz sic appellatam. Longitudo regionis extenditur secundum decursum Oderę fluuij à meridie in septentrio- nē octo uel nouem dietis. Secundum latum uero patet itinere trium dierum. Utitur pro maiori parte lingua germanica. Ultra Oderam uero loquuntur Sclauonice, quæ lingua communis est Bohemis, Polonis, Sclauis, id est, Illyrijs, Moscouitis, Lithuanis & multis alijs populis. Abundat regio ipsa omnibus bonis, nisi quo in unum non habent, infertur tamen ex Mora- uia & Vngaria uinum bonum. Crescit & circi Crostnam uinum, sed quod per Oderā in Prus- liam auehitur.

43